3051 ~~2951~~ ~~2121~~

Gnosa Marianna de Malessowa Sumienicka Consors Sua bona Suprascripta omnia et Summas secum morte praedicti Mariti Sui derelictt, cum omni eorundem Iure Dominio et proprietate competentiisque et praerogatiua quauis, omnibusque et Singulis eorundem Vtilitatibus et Vsufructibus, tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice vtifruatur ad extrema duntaxat Vitae Suae tempora. Postfata Vero praefatae Gnosae Consortis extunc praedicta bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti Subiectae morte praedicti Mariti Sui derelicta, ad Succores praenominati Mariti Sui Sine quouis impedimento et contradictione Succorum praedictae Consortis Suae totaliter et plenarie deuoluentur. Similiter quoque Si prius praefatam Gnosam Mariannam de Malessowa Sumienicka Consortem Suam, quam ipsum Gnosum Remigianum de Rzeplin Worakowski Maritum Suum mori contigerit, extunc idem Maritus bona Suprascripta generaliter omnia morte praedictae Consortis Suae derelinquenda, cum omni Iure Dominio et proprietate tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice ad Extrema duntaxat Vitae Suae tempora vtifruetur. Postmortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti Sui extunc bona Supradicta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Succores Suos Sine quouis impedimento et contradictione Succorum Mariti Sui totaliter et plenarie deuoluentur. His Suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Feria Secunda in Crastino Festi Sanctorum Innocentium Martyrum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

29/XII

Kulczycki Niedzwiedz Kulczyckiemu Donat.

451

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Basilius Niedzwiedz Kulczycki Sanus mente et corpore exclusis Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis Suis in omnibus totaliter et plenarie Subjiciendo atque Incorporando sponte ac libere publice agere expressum recognovit. Quia ipse Bona Sua propria et haereditaria infrascripta, nempe Cztery Łokcie wszerz Poleznego inter metas Nobilium Popielow ab una, et olim Grzegorij Kulczycki ab altera parte w Części Mękowszczyzn w Łanie od Granicy Krolewskiey do Granicy Redylowskiey, in Bonis Villa Kulczyce Terra et Districtu praesenti Praemisliensi iacens et consistens Cum omni eorundem Bonorum Iure Dominio proprietate et haereditate tituloque haereditario: cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem Utilitatibus fructibus Proventibus redditibus, commodis emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis intra universis: Nihil exinde Iuris Dominij proprietatis haereditatis, ac cuiusvis competentiis et praerogativis pro se Resignante, Suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando Seu excipiendo. Verum ita late longe circumferentialiterque, prout praefatorum bonorum praesentis resignatorum haereditas Seu Suis metis et limitibus, ab antiquo extendit et protendit, et prout eadem bona ipsemet Resignans tenuit habuit et possidebat jure

concer

3053 ~~2953~~

contentnebant: Iam exnunc et de facto Illi Hrehorio Kulczycki Hustyk eiusqz posteris dedit, donavit inscripsit et resignavit prout praesentibus dat, donat, ac titulo mero puro perpetuis irrevocabilisqz donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterqz. In quod quidem. Bona suprascripta praesentibus per se Reginentem donata is idem Recognoscens Illustris Basilius Kulczycki Niedzwiedz suprascripto Illi Hrehorio Kulczycki Hustyk Donatario suo et illius successoribus iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamqz possessionem per ministerialem quemcunqz competentem et Nobiles duos, die quacunqz voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Donatarium suum illiusqz posteros, haec eadem Bona resignata, cum Universis eorum Utilitatibus et usufructibus attinentiisqz et pertinentiis generaliter Universis Tenendi habendi et possidendi illisqz quiete et pacifice utifruendi ad suosqz et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeviternis temporibus. Debetqz et tenebitur Magnificus Recognoscens Illustris Basilius Kulczycki Niedzwiedz prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibusqz ac summis pecuniis quibusvis habitis et habendis suprascripto Illi Hrehorio Kulczycki Hustyk Donatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius successores in dictis bonis donatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione juridica quarumcunqz personarum, cuiuscunqz conditionis status et sexus cuiusvis existentium, ex occasione suprascriptorum ex omnibus, per omnes processus Terrestres, prout ad quamlibet personam Terris spectat, et pertinet praescriptio, in omni Judicio et Officio Regni Semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere evincere intercedere, et liberare indemnemqz cum

posteris

posteris reddere, necnon Ide eadem bona donata ab omnibus
in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posteriori-
bus Super bona praefata praemissaq omnia, modo quovis cuiuscunq
personarum factis et faciendis eademq officiis, tum etiam
à quibusvis citationibus Super eadem bona resignata modo quo-
vis importatis et importandis: Liberis deniq et perlicen.
processibusq Iuris quibusvis, in quocunq puncto et gradu Iu-
ris dependent, et in quovis Iudicio et Officio Regni ob-
tent et obtinendis ac Super praemissis omnibus praesen re-
signatis perductis et perducendis, emundare et eliberare,
mundaq et libera Semper facere, ac etiam Intromissioné
praefatam, coram officio praesenti admissam, in fundo bo-
norum praefatorum praesent donatorum, dum per mutem
et Illos duos officiose requiretur non denegare imo debebit
et tenebitur eandem liberè dare et effectualiter admittere,
dataq et admissa eadem possessionem et Usufructum praemis
sorum omnium, modo quovis tam per se, quam per suas quas
vis Submissas et Subordinatas personas non praepedire nec
adimere ipsumq Donatarium Suum ac illius Successores in
praemissis omnibus praesen resignatis nullo modo inquietare
ita ut Ide eadem bona praesen donata, cum Universis eo-
rum Utilitatibus et Usufructibus, attinentijsq et pertinentijs
intr Universis Ts idem Donatarius Suus cum Suis po-
steris quietè et pacificè praesen Inscriptionis donatio-
nis Vigore tenere habere, et possidere queat illisq
uti frui possit perpetuis et diuturnis temporibus idq
Sub Damnis Ternis Simpliciter absq corporali Iura-
mento taxan, et edicen, per eundem Agentem Suecij
contentos praefato Donatario Suo, vel eius posteris ob
non completionem praemissorum omnium et Singulorum
tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad

solven.

Solvendum Succumbent. Pro quibus quidem Damnis Ter[restribus]
Simpliciter taxatis modo praemisso ad Solvendum Succu[m]
bitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non com
pleta complenda citatus existens. Idemq[ue] Nobilis Ba[si]
lius Kulczycki Niedzwiedz Sive eius Succes[so]res Ad In
stantiam praefati Donatarij Sui velemis Succesorum
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemi
sliense extunc recessu Suprascripto quoad respondem
dum spectat mediante Semper in primo Citationis Ter
mino tanquam peremptorio Stare Juri parere, re
spondere, Damna praefacta Terrestria Simpliciter
taxata luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne
Judicatum pati debebit et tenebitur Seq[ue] ac Suos Suc
cessores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen
tem Illum Terminum primum peremptorium, et alios
omnes exinde consequentes tacere eiusdem Ter[mi]nos Sem[per]
peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minore[i]
nitate Succesorum, Legatione intra vel extra Regnum
Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem vel a
liis quibusvis dilationibus et legalibus Impedimen
tis non differendo ad Quietationem pteree ultra pixos Of
ficij [illegible] Castren[sis] Capitan[ealis] Praemislien[sis] Ter[mi]nos dilationem sibi non
recipiendo, Nullasq[ue] motiones Appellationes, ac eandem prose
cutionem faciendo, ad praemissa o[mn]ia p[rae]nis Simplicibus vel triplica
tis Exceptionibus Suspensionibus, fatalijs Juris proscriptione Ter
restri bello Conventione, ac alijs omnibus Juris remedijs et de
fensis non Subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Ad
Suaque praesenti Personali Recog[nition]e ad praemissa omnia mediante.

Malkowskie Coniuges Kulczyckie obligant

Comparentes fuit coram officio et Actis praesentibus
Castren[sibus]

452